UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Eidem. 101.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

Maroni Presbytero. 100.

Non iis, qui iniuriam accipiunt, optime vir, ſed iis, qui inferunt, periculũ omne impendet: eóſque trepidare atque contremiſcere oportet. Quòd ſi ita eſt, iniuriam perpeti malum non eſt, ſed eam inferre, nec illatas iniurias perferre ſcire.

Μάρωνι πρεσβυτέρῳ. ρ.

Οὐ τοῖς ἀδικουμένοις, ὦ βέλτιστε, ἀλλὰ τοῖς ἀδικοῦσιν ἐπικρέμαται ὁ κίνδυνος ἅπας. οὓς καὶ ἀγωνιᾶν καὶ τρέμειν δίκαιον. εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, οὐ τὸ ἀδικεῖσθαι κακὸν, ἀλλὰ τὸ ἀδικεῖν, καὶ τὸ μὴ εἰδέναι φέρειν ἀδικούμενον.

Eidem. 101.

Rectè à quodam externorum hominũ dictum eſt, turpe ac probroſum non eſſe paupertate laborare, verùm paupertatem forti animo minimè ferre. Quamobrem ſi hoc ille quoque rectè ac præclarè exiſtimauit, ex inopia pudore ne afficiamur, imò ne probro quidem eam ducamus, verùm ad vitium hũc metum transferamus.

Τῷ αὐτῷ. ρα.

Εἴρηται καλῶς τινὶ τῶν ἔξωθεν, οὐ τὸ πένεσθαι ἐπονείδιστον, ἀλλὰ τὸ μὴ φέρειν εὐγενῶς τὴν πενίαν. εἰ τοίνυν κἀκείνῳ τοῦτο εὖ καὶ καλῶς ἔδοξεν, ἐπὶ πενίᾳ μὴ αἰσχυνώμεθα, ἀλλὰ μηδ' ὄνειδος ταύτην ἡγώμεθα, ἀλλ' ἐπὶ τὴν κακίαν μετενέγκωμεν τοῦτον τὸν ϐόφον.

Theodoro Scholaſtico. 102.

Quandoquidem multos probos viros laudibus efferens, Fortunæ quoque mentionem feciſti, lubens ex te quærerẽ, quonam pacto ambo hæc in vnum conuenire queant. Siquidem laudatio ad voluntatẽ ſpectat: Fortuna verò probum virum laudari non permittit, quin autem felix ac fortunatus prædicetur, minimè prohibet, Permultum enim, etiam de veſtra ſententia, qui Gentilium religionem colitis, inter felicitatis prædicationem & laudationem eſt diſcriminis. Illa quippe à Fortuna hæc à voluntate animíque inductione oritur. Scribas igitur ad me velim, vir erudite, quonam pacto ei, cuius laudes prædicantur, Fortunæ ſermo cõueniat, aut quonam modo ei, qui Fortunæ beneficio, vt dicitis talis extitit, laudatio congruat. Alterum enim aduerſus alterũ pugnat. Nam ſi minimè ſponte talis eſt, ne laudetur: ſi autem ſponte, nullus Fortunæ ſit locus. Si trophæum ſtatuit, præconis voce celebretur: ſi autem Fortuna hoc preſtitit, laudem ne conſequatur. Si dimicauit, corona donetur: ſi autem non pugnauit, ne laudetur.

Θεοδώρῳ σχολαστικῷ. ρβ.

Ἐπειδὴ πολλοὺς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐγκωμιάζων, καὶ τύχης μέμνησαι, ἡδέως ἂν σου πυθοίμην, πῶς οἷόν τε ἀμφότερα συνελθεῖν. ὁ μὲν γὰρ ἔπαινος πρὸς τὴν προαίρεσιν βλέπει. ἡ δὲ τύχη ἐγκωμιάζεσθαι μὲν τὸν ἀγαθὸν, οὐκ ἐπιτρέπει. μακαρίζεσθαι δὲ, οὐ κωλύει. πάμπολυ γὰρ καὶ καθ' ὑμᾶς τοὺς τὰ Ἑλλήνων πρεσβεύοντας, μακαρισμὸς ἐπαίνου διενήνοχεν. ὁ μὲν γὰρ ἐκ τῆς τύχης, ὁ δὲ ἐκ τῆς προαιρέσεως τίκτεται. γράψον τοιγαροῦν μοι, ὦ σοφὲ, πῶς τῷ ἐπαινουμένῳ ὁ τῆς τύχης ἁρμόττει λόγος. ἢ πῶς τῷ ὑπὸ τῆς τύχης τοιούτῳ, ὥς φατε, γενομένῳ ἐγκώμιον πρέπει. θάτερον γὰρ θατέρῳ μάχεται. εἰ μὲν γὰρ ἄκων τοιοῦτός ἐστι, μὴ ἐπαινείσθω. εἰ δ' ἑκὼν, ἡ τύχη χώραν μὴ ἐχέτω. εἰ τρόπαιον ἔστησε, καὶ ἀνακηρυττέσθω. εἰ δὲ ἡ τύχη τοῦτο κατώρθωσε, μὴ ἀπολαυέτω ἐπαίνων. εἰ ἠγωνίσατο, στεφανούσθω. εἰ δὲ οὐκ ἠγωνίσατο, μὴ ἐπαινείσθω.

Ερμογι-